UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Demosthenis Et Aeschinis, Principum Græciæ Oratorum Opera

Demosthenes

Aureliae Allobrogum, 1607

Adversus Nicostratum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1565

Visual Library

& nos verum loqui aſſerat, iſtum autem mentiri? præſertim cum ſciat, ſi iſte falſi teſtimonij reum facere, & nihil aliud niſi ſacramento adigere voluerit, neceſſe ſibi fore id dare iuſiurandum quod iſte iuſſerit. Deinde vt Cephiſiades nummos habeat, homo inquilinus, aut Phormio: quem iſte aliquid de ſumma deleuiſſe dicit: vobis perſuadebitur, peieraturũ Archebiadem? Minimè id quidem conſentaneum eſt, Iudices. Neque enim vllius improbitatis cõdemnandus eſt vel Archebiades, vel parens noſter. Multis enim experimentis edocti eſtis, eum laudis & gloriæ fuiſſe appetentiorem, quàm vt aliquid improbum & flagitioſum ſtudio ſibi haberet: neque erga Callippum ita affectum, vt eum vlla per contemptũ iniuria affeciſſet. neque enim tam tenues eius opes mihi eſſe videntur, vt facilè contemni poſſit: qui tãtum valet, vt anno ſuperiore hac actione contra me inſtituta, cum à me poſtulaſſet, vt arbitrium Lyſithidæ deferrem: ego, quanquam contemptus ab eo, in ea re mihi rectè cõſuluerim. Ex legum enim præſcripto arbitrium detuli, & retuli ad magiſtratum. Iſte verò arbitro legum autoritate deſignato perſuaſit, vt iniuratus arbitraretur: me teſtificãte, vt ex præſcripto legum iuratus pronunciaret. Id autem Callippus in eo ſpectauit, vt apud vos dicere poſſet, etiam Lyſithidem, virum bonum & honeſtum de cauſa pronunciaſſe. Lyſithides enim, Iudices, dum pater viuebat, & ſine iureiurando, & cum iureiurando illum fortaſſe non offendiſſet, quem magnifaciebat. Me verò, ſine iureiurando parui faciebat. Cùm iureiurando autem fortaſſe non offendiſſet, ſuapte cauſa. Quapropter iniuratus pronunciauit. Hæc etiam verè à me dici, è teſtibus qui interfuerunt, cognoſcetis.

TESTES.

Quid igitur contra & leges, & æquitatem perficere Callippus poſſit, Iudices, è teſtimonio audiitis. Oro autem vos & mea & patris cauſa, vti memineritis, me vobis omnium eorum quæ dixi, & teſtes, & argumenta, & leges & probationes exhibuiſſe: & oſtendiſſe, iſtum, cum ei liceret, ſi quid iuris in eam pecuniam haberet, à Cephiſiade petere, qui ſe & recepiſſe illã, & habere fatetur (præſertim ſatisfactione à nobis nihilominus accepta) non tamen petere, quamuis ſciat non penes nos eſſe nummos: méq; abſoluatis. Quod ſi feceritis: primùm iuſtè ex legum autoritate pronunciabitis: deinde vt & veſtra & patris mei dignitas poſtulat. Nam ego vobis omnes meas fortunas cedere mallem, quàm per iniuriam & calumniam quicquam dependere.

ARGVMENTVM ORATIONIS
Aduerſus Nicoſtratum, de Arethuſij mancipiis.

Apollodorus Arethuſium falſæ renunciationis reum fecit, & peregit. Qui cùm talentum ærario deberet, ídque ſoluere nõ poſſet, proptereáque bona eius publicata eſſent: deſcribit Apollodorus ſeruos, vt qui Arethuſij eſſent. Hos Nicoſtratus vt ſuos, & ad illum nihil attinẽtes ſibi vendicat. Quia verò cauſa odioſa eſt: commemorat orator quanta perpeſſus ab Arethuſio ſit Apollodorus: vt non malignitate naturæ, ſed propter vltionem iniuriarum hæc agere videatur.

A καὶ φησὶν ἡμᾶς μὲν ἀληθῆ λέγειν, τοῦτον δὲ ψεύδεσθαι; καὶ ταῦτα εἰδώς, ὅ,τι ἂν οὗτος βούληται ἐπισκήψασθαι αὐτῷ τῶν ψευδομαρτυριῶν, καὶ ἄλλο μηδὲν ποιῆσαι ἢ ἐξορκῶσαι· ἀνάγκη αὐτῷ ἔσται πίστιν ἐπιθεῖναι, ἣν ἂν κελεύῃ οὗτος. ἔπειτα ἵνα ὁ κηφισιάδης ἔχῃ τὸ ἀργύριον, ἄνθρωπος μέτοικος, ἢ φορμίων, ὅν φησιν * ἀπηλιφέναι τί οὗτος τοῦ ἀργυρίου, πεισθήσεσθε ὑμεῖς ὡς ἐπιορκήσειεν ὁ ἀρχεβιάδης; οὐκ ἔκ γε τῶν εἰκότων, ὦ ἄνδρες δικασταί. οὐ γὰρ ἄξιον οὔτε ἀρχεβιάδου κακίαν οὐδεμίαν καταγνῶναι, οὔτε τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου. πολλαχῇ γὰρ αὐτὸν φιλότιμον ἴστε μᾶλλον ὄντα, ἢ κακόν τι ἢ αἰσχρὸν ἐπιτηδεύοντα· καὶ πρὸς κάλλιππον οὐχ οὕτως ἔχοντα, ὥστε καταφρονήσαντα τούτου ἀδικῆσαι ἄν τι αὐτόν. οὐ γὰρ οὕτω μοι δοκεῖ δύνασθαι, ὡς εὐκαταφρόνητος εἶναι. ὃς οὕτως ἐρρωμένος ἐστίν, ὥστε πέρυσί μοι λαχὼν τὴν δίκην ταυτηνὶ καὶ προκαλεσάμενος, τῷ λυσιθείδῃ ἐπιτρέψαι· ἐγὼ μὲν καίπερ καταπεφρονημένος ὑπ' αὐτοῦ, τοῦτό γε ὀρθῶς ἐβουλευσάμην. κατὰ τοὺς νόμους γὰρ ἐπέτρεψα, B καὶ ἀπήνεγκα πρὸς τὴν ἀρχήν. οὗτος δὲ τὸν κατὰ τοὺς νόμους ἀπενηνεγμένον διαιτητὴν ἔπεισεν ἀνώμοτον διαιτῆσαι, ἐμοῦ διαμαρτυρομένου κατὰ τοὺς νόμους ὀμόσαντα διαιτᾶν· ἵνα αὐτῷ ᾖ πρὸς ὑμᾶς λέγειν, ὅτι καὶ λυσιθείδης ἀνὴρ καλὸς κἀγαθὸς ἔγνω περὶ αὐτῶν. λυσιθείδης γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἕως μὲν ὁ πατὴρ ἔζη, καὶ ἄνευ ὅρκου καὶ μεθ' ὅρκου ἴσως ἂν οὐκ ἠδίκησεν ἐκεῖνον. ἔμελε γὰρ αὐτῷ ἐκείνου· ἐμοῦ δὲ ἄνευ μὲν ὅρκου, οὐδὲν αὐτῷ ἔμελε· μεθ' ὅρκου δὲ ἴσως ἂν οὐκ ἠδίκησε διὰ τὸ αὑτοῦ ἴδιον. διόπερ ἀνώμοτος ἀπεφήνατο. ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς παραγενομένους μάρτυρας παρέξομαι.

Μάρτυρες.

Ὅτι μὲν οὖν καὶ παρὰ τοὺς νόμους καὶ παρὰ τὸ δίκαιον δύναται διαπράττεσθαι κάλλιππος, ὦ ἄνδρες δικασταί, τῆς μαρτυρίας ἀκηκόατε. δέομαι δὲ ὑμῶν, αὐτός τε ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ πατρὸς, ἀναμνησθέντας ὅτι πάντων μὲν ὑμῖν, καὶ μάρτυρας, καὶ τεκμήρια, καὶ νόμους, καὶ πίστεις C παρεχόμενον, ὧν εἴρηκα· τούτῳ δὲ ἐπιδείκνυμι, ὅτι ἐξόν, εἴ περ τί αὐτῷ προσῆκε τοῦ ἀργυρίου, ἐπὶ τὸν κηφισιάδην βαδίζειν, τὸν ὁμολογοῦντα κεκομίσθαι καὶ ἔχειν τὸ ἀργύριον, καὶ ταῦτα μηδὲν ἧττον τὰ πιστὰ παρ' ἡμῶν λαβόντα, οὐκ ἔρχεται, εἰδὼς ὅτι οὐκ ἔστι παρ' ἡμῖν τὸ ἀργύριον· δέομαι δὴ ὑμῶν ἀποψηφίσασθαί μου. καὶ ταῦτα ποιοῦντες, πρῶτον μὲν τὰ δίκαια καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἔσεσθε ἐψηφισμένοι· ἔπειτα ἄξια μὲν ὑμῶν αὐτῶν, ἄξια δὲ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ. ὡς ἐγὼ ὑμᾶς ἂν δεξαίμην ἅπαντα τὰ ἐμαυτοῦ λαβεῖν μᾶλλον, ἢ ἀδίκως τι συκοφαντούμενος ἀποτῖσαι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΡΟΣ ΝΙΚΟστρατον περὶ τῶν ἀρεθουσίου ἀνδραπόδων λόγου.

Ἀπολλόδωρος γραψάμενος ψευδοκλητείας ἀρεθούσιον εἷλεν. ὀφείλοντος γὰρ τοῦ ἀρεθουσίου τάλαντον τῇ πόλει, καὶ ἀποδοῦναι μὴ δυνηθέντος, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὰ δημόσια ἀπογραφομένης αὐτοῦ τῆς οὐσίας, ἀπογράφει ὁ ἀπολλόδωρος οἰκέτας, * ὡς ὄντας ἀρεθουσίου· νικόστρατος δὲ ἀντιποιεῖται ὡς ἰδίων, καὶ ἐκείνῳ προσηκόντων οὐδέν. ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα μοχθηρόν, διὰ τοῦτο ὁ ῥήτωρ διηγεῖται πηλίκα πέπονθεν ἀπολλόδωρος ὑπ' ἀρεθουσίου· ἵνα δοκῇ μὴ φύσει πονηρὸς ὢν ταῦτα πράττειν, ἀλλ' ἀμυνόμενος τὸν ἀδικοῦντα.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ Ο ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΝ, περὶ ἀνδραπόδων ἀπογραφῆς ἀρεθουσίου λόγος.

Ὅτι μὲν οὐ συκοφαντῶν, ἀλλ' ἀδικούμενος καὶ ὑβριζόμενος ὑπὸ τούτων, καὶ οἰόμενος δεῖν τιμωρεῖσθαι, τὴν ἀπογραφὴν ἐποιησάμην, μέγιστον ὑμῖν ἔστω τεκμήριον, ὦ ἄνδρες δικασταί, τό, τε μέγεθος τῆς ἀπογραφῆς, καὶ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ ἀπέγραψα. οὐ γὰρ δήπου συκοφαντεῖν γε βουλόμενος, ἀπέγραψα ἂν πένθ' ἡμιμναίων ἄξια ἀνδράποδα, ὡς αὐτὸς ὁ ἀμφισβητῶν τετίμηται αὐτά, κινδυνεύσων δ' ἂν περί τε χιλίων δραχμῶν, καὶ τὸ μηδέποτ' αὖθις μηδένα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γράψασθαι. οὐδ' οὕτως ἄπορος ἦν, οὐδ' ἄφιλος, ὥστε οὐκ ἂν ἐξευρεῖν τὸν ἀπογράψοντα. ἀλλὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ἡγησάμην δεινότατον εἶναι, ἀδικεῖσθαι μὲν αὐτός, ἕτερον δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἀδικουμένου τοὔνομα παρέχειν. καὶ εἶναι ἄν τι τούτοις τοῦτο τεκμήριον, ὁπότε ἐγὼ λέγοιμι τὴν ἔχθραν πρὸς ὑμᾶς, ὡς ψεύδομαι. οὐ γὰρ ἄν ποτε ἕτερον ἀπογράψαι, εἴπερ αὐτὸς ἠδικούμην. διὰ μὲν ταῦτα, ἀπέγραψα. ἀπογράψας δέ, ἐὰν ἀποδείξω τὰ ἀνδράποδα ἀρεθουσίου ὄντα, ὥσπερ ἐγέγραπτο εἶναι, τὰ μὲν τρία μέρη ἃ ἐκ τῶν νόμων τῷ ἰδιώτῃ τῷ ἀπογράψαντι γίγνεται, τῇ πόλει ἀφίημι· αὐτῷ δέ μοι τὸ τετιμωρῆσθαι ἀρκεῖ μόνον. εἰ μὲν οὖν ἦν μοι ἱκανὸν τὸ ὕδωρ διηγήσασθαι πρὸς ὑμᾶς, τὰ ἐξ ἀρχῆς, ὅσα ἀγαθὰ πεπονθότες ὑπ' ἐμοῦ, οἷά με εἰργασμένοι εἰσίν· εὖ οἶδ' ὅτι ὑμεῖς τ' ἄν μοι ἔτι μᾶλλον συγγνώμην εἴχετε τοῦ ὀργίζεσθαι τούτοις, τούτους τ' ἀνοσιωτάτους ἀνθρώπων ἡγήσασθε εἶναι. νῦν δὲ, οὐδὲ διπλάσιόν μοι τούτου ὕδωρ ἱκανὸν γένοιτο. τὰ μὲν οὖν μέγιστα καὶ περιφανῆ τῶν ἀδικημάτων, καὶ ὁπόθεν ἡ ἀπογραφὴ αὐτὴ γέγονεν, ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς. τὰ δὲ πολλὰ ἐάσω. νικόστρατος γὰρ οὑτοσί, ὦ ἄνδρες δικασταί, γείτων μοι ὢν ἐν ἀγρῷ, καὶ ἡλικιώτης, γνωρίμως μέν μοι εἶχε καὶ πάλαι· ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησεν ὁ πατήρ, καὶ ἐγὼ ἐν ἀγρῷ κατῴκουν, οὗπερ καὶ νυνὶ οἰκῶ, καὶ μᾶλλον ἀλλήλοις ἤδη ἐχρώμεθα, διὰ τὸ γείτονές τε εἶναι καὶ ἡλικιῶται. χρόνου δὲ προβαίνοντος, καὶ πάνυ οἰκείως διεκείμεθα, καὶ ἐγώ τε οὕτως οἰκείως διεκείμην πρὸς τοῦτον, ὥστε οὐδενὸς πώποτε ὧν ἐδεήθη οὗτος ἐμοῦ ἀπέτυχεν. οὗτός τε αὖ ἐμοὶ οὐκ ἄχρηστος ἦν πρὸς τὸ ἐπιμεληθῆναι καὶ διοικῆσαι. καὶ ὁπότε ἐγὼ ἀποδημοίην ἢ δημοσίᾳ τριηραρχῶν, ἢ ἰδίᾳ κατ' ἄλλο τι, κύριον τοῦτον ἐν ἀγρῷ τῶν ἁπάντων κατέλιπον. συμβαίνει δή μοι τριηραρχία περὶ πελοπόννησον. ἐκεῖθεν δὲ εἰς σικελίαν ἔδει τοὺς πρέσβεις ἄγειν, οὓς ὁ δῆμος ἐχειροτόνησεν. ἡ οὖν ἀναγωγὴ διὰ ταχέων ἐγίγνετό μοι. ἐπιστέλλω δὴ αὐτῷ, ὅτι αὐτὸς μὲν ἀνῆγμαι, καὶ οὐχ οἷός τ' εἴην οἴκαδε ἀφικέσθαι, ἵνα μὴ κατακωλύοιμι τοὺς πρέσβεις. τούτῳ δὲ προσέταξα ἐπιμελεῖσθαί τε τῶν οἴκοι, καὶ διοικεῖν, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. ἐν δὲ τῇ ἐμῇ ἀποδημίᾳ ἀποδιδράσκουσιν αὐτοῦ οἰκέται τρεῖς ἐξ ἀγροῦ παρὰ τούτου, οἱ μὲν δύο ὧν ἐγὼ ἔδωκα αὐτῷ, ὁ δὲ εἷς, ὧν αὐτὸς ἐκτήσατο. διώκων οὖν ἁλίσκεται ὑπὸ τριήρους, καὶ κατήχθη εἰς αἴγιναν, καὶ ἐκεῖ ἐπράθη. ἐπειδὴ δὲ κατέπλευσα ἐγὼ τριηραρχῶν, προσέρχεταί μοι δείνων ὁ ἀδελφὸς τούτου, λέγων τήν τε τούτου συμφοράν, αὐτός τε ὅτι δι' ἀπορίαν ἐφοδίων οὐ πεπορευμένος εἴη ἐπὶ τοῦτον, πέμποντος τούτου αὐτῷ ἐπιστολάς, καὶ ἅμα λέγων πρὸς ἡμᾶς, ὡς ἀκούοι αὐτὸν δεινῶς διακεῖσθαι. ἀκούσας δ' ἐγὼ ταῦτα, καὶ συναχθεσθεὶς ἐπὶ τῇ ἀτυχίᾳ τῇ τούτου, πέμπω τὸν δείνωνα τὸν ἀδελφὸν τούτου εὐθὺς ἐπὶ τοῦτον, δοὺς ἐφόδιον αὐτῷ τριακοσίας δραχμάς. ἀφικόμενος δ' οὗτος, καὶ ἐλθὼν ὡς ἐμέ, πρῶτον μὲν ἠσπάζετο καὶ ἐπῄνει, ὅτι παρέχοι τὰ ἐφόδια τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ

A DEMOSTHENIS ADVERSVS NICOSTRATVM, de deſcriptione mancipiorum Arethuſij Oratio, Hieronymo Vvolfio interprete.

Aduerſariorũ grauiſſimis iniuriis ſe exacerbatũ eſſe queritur: quas ordine recẽſet.

ME nullo calumniandi ſtudio, ſed per iſtos iniuriis & contumeliis affectũ, & vlciſcendos eos eſſe exiſtimantẽ, deſcriptionem hanc inſtituiſſe: illud maximo vobis argumento ſit, Iudices, quòd & parua eſt, & per meipsũ facta deſcriptio. Neque enim, ſi calumniari voluiſſem, mancipia quatuor minarum cum dimidia deſcirpſiſſem, quanti ea æſtimauit ipſe aduerſarius: quum ipſe & de mille drachmis, & de eo ne * quis vnquam mihi ſubſcribat, periclitet. Neque etiam vſque adeò vel inops, vel amicorum præſidiis deſtitutus ſum, vt qui ea deſcriberet, neminem inuenire B potuiſſem. Sed quia nihil in rebus humanis omnib. intolerabilius eſſe exiſtimabam, quàm, cum mihi fieret iniuria, alium iniuriis affecto mihi nomẽ ſuũ commodare: & iſtos ex eo cauſæ aliquid habere, ſi ego noſtras inimicitias vobis narrarem, mendacijme arguendi (neque enim vnquam alium fuiſſe ea deſcripturum, ſi facta mihi eſſet iniuria) propter hęc deſcripſi. Cùm verò deſcripſerim, ſi oſtendero mancipia eſſe Arethuſij, cui inſcripta ſunt: dodrantem, qui homini priuato, à quo deſcripta ea ſunt, tribuitur, reipub. condono, ipſa vltione contentus. Quòd ſi mihi ſatis aquæ eſſet ad narrandum vobis ab initio, qui b[illegible] affecti beneficiis, quomodo mecũ egerint: ſatis ſ[illegible], vos iracundię meæ magis veniam daturos, & iſtos omnium hominum improbiſſimos eſſe iudicaturos. Nunc nec duplum aquæ mihi ſufficeret. Maxima igitur & illuſtria facinora & cauſam huius deſcriptionis, vobis explicabo, vulgaribus omiſſis.

C Nicoſtratus vicinus in agro, & æqualis meus, mihi vel olim notus fuit. Defuncto autem patre, cùm ego in agrum conceſſiſſem, vbi etiam nunc habito: aucta eſt noſtra familiaritas, vt inter vicinos, & æquales. Temporis autem progreſſu, mutuò nos arctiſſimè complexi ſumus. Nam & ego iſtum feci tanti, vt nullius vnquam voti impotem è me dimiſerim: & iſte mihi ad curam & adminiſtrationem rerum mearum non inutilis fuit: & cùm ego peregrè abibã ſiue publicè triremi præfectus, ſiue priuatim alia de cauſa iſtius fidei quæ in agro habebã omnia mandaui. Accidit autem, vt cum triremi ad Peloponneſum accedendum, atque inde in Siciliam legati vehendi eſſent, quos populus creauerat. Proinde cum ſubitò ſoluiſſem: iſti me diſceſſiſſe ſcripſi, neq; poſſe reuerti domum, vt ne legatis in mora eſſem: mandauíque vt rem familiarem curaret, & adminiſtraret, vt & ſuperiori tempore feciſſet. In mea verò peregrinatione, aufugiunt illi mancipia tria ex agro, duo quæ ego ei dederam: vnum quod ipſe comparaярat. Quędũ perſequitur: capitur à triremi, & in Aeginam abductus venditur. Vt autem ego è præfectura nauali redierã: cõuenit me Dino, frater iſtius, & caſum eius cõmemorans, ſe ab eo per literas accerſitum, eò nõ profectũ eſſe ait propter viatici penuriam: ſimul etiã referẽs, audire ſe quàm malè iſte tractaretur. Quibus ego auditis, vicẽ eius miſertus: Dinonẽ fratrẽ ſtatim ad cũ mitto in viaticũ, datis trecentis drachmis. Reuerſus iſte, me cõuenit, ac primùm & amplectitur, & laudat, qui ſuo fratri viaticum præbuiſſem: &

ſuam fortunam miſeratur: ſimul etiā cognatos ſuos incuſans, méque cum lacrymis rogans, vt ſe iuuarē quemadmodum ſuperiori quoque tempore me verum eſſet amicum expertus: & quia ſe viginti ſex minis eſſe redemptum indicabat, plorans atque eiulans, ad eam ſummam me confere ſibi iubebat aliquid. Quæ cùm ego audirem, miſertus eius ſum. & quia malè affectum videbam, (nam vulcera in tibiis ſub compedibus orta quorum cicatrices adhuc habet, &, ſi vobis oſtendere iuſſeritis, nolet, mihi demonſtrarat) reſpondi, me & ſuperiori tempore eius amicum ex animo fuiſſe, & nunc in calamitate opitulaturum: & trecentas drachmas, quas fratri ad eum proficiſcēti mutuaſſē, condonare, & mille drachmas ei redimendo gratuitò collaturum. Neque verò hoc ei verbis promittebam, re verò ipſa non præſtabam: ſed quoniam præſentem pecuniam non habebam, propterea quod malè mihi cum Phormione conueniebat, per quem relictis mihi à patre facultatibus ſpoliabar: delatis ad Theoclem, qui tum argentariā factitabat, poculis & aurea corona, quæ ex patrimonio habebam, iuſſi iſti dare mille drachmas. Atque hoc gratis argentum ei dedi, & dediſſe fateor. Diebus non multis pòſt me conuenit, ac plorans dicit, hoſpites qui ſibi pecuniam, qua redimeretur, mutuaſſent, reliquum argentū repetere: in ſyngraphis autem contineri, vt aut intra diem trigeſimū redderet, aut duplum deberet: neque prædium illud mihi vicinum velle quenquam vel emere, vel pignori accipere: quòd frater Arethuſius, mancipiorū, quę nūc deſcripta ſunt, dominus, non pateretur quenquam id vel emere, vel pignori accipere, tanquam in eo ſibi pecunia debeatur. Tu igitur, inquit, id mihi ſuppedita quod deeſt, antequam triginta dies prætereat, & ne id quod dedi, mille drachmæ pereat, & ipſe in ſeruitutem abducar. Collectas autem, inquit, vbi collegero, & hoſpitibus ſatisfecero: tibi reddā quicquid mutuaris. ſcis autem, inquit, leges etiam iubere, vt captus ei per quem ab hoſtibus redemptus eſt, niſi precium reſtituerit, addicatur. Hæc ex eo cum audirem, & non mentiri putarem: reſpondi, vt homo adoleſcens & familiaris, qui nullam iniuriam metueret: & antehac ſyncerus tibi amicus fui, Nicoſtrate, & in aduerſis rebus, quantum potui, te iuui. Quoniam autem totam ſummam in præſentia nanciſci non potes, neque ipſe præſentem pecuniam habeo: de poſſeſſionibus meis tibi cōcedo, vt quancūque voles pro eo quod tibi deeſt, oppigneres vt hoſpitibus ſatisfacias: & nummis meis in annum ſine fœnore vtaris. Verùm vbi pecuniam de collectis redegeris: fac id quod polliceris, meam mihi poſſeſſionem vt redimas. His iſte auditis, méque collaudato, ita me quam primùm agere iubebat, priuſquam præterirent dies, intra quos ſe precium numerare oportere dixerat. Aedes igitur Arceſanti Pambotadæ ſedecim minis oppignero, quem iſte mihi conciliarat, octonis obolis in minas in mēſes ſingulos mutuanti. Accepta autem pecunia tantum aberat, vt mihi pro collatis in ſe beneficiis gratiæ aliquid referret: vt ſtatim per inſidias ea fraudare me inſtitueret, & inimicitias mecum exerceret: quò ego inops conſilij, vt adoleſcens & rerum imperitus, nummos à ſe non repeterem, quibus ædes oppigneratæ erant, ſed condonarem. Ac primùm quidem cum aduerſariis mihi inſidiatur, & fidem eis dat. deinde cùm mihi negocia faceſſerentur: & meas rationes, quarum gnarus erat, prodit, * & exſcribit publico

A ὠδύρετο τὴν αὑτοῦ συμφοράν. καὶ κατηγορῶν ἅμα τῶν ἑαυτοῦ οἰκείων, ἐδεῖτό μου βοηθῆσαι αὐτῷ, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἦν περὶ αὐτὸν ἀληθινὸς φίλος· καὶ κλαίων ἅμα καὶ λέγων, ὅτι ἓξ καὶ εἴκοσι μνῶν λελυμένος εἴη, εἰσενεγκεῖν αὐτῷ τι ἐκέλευέ με εἰς τὰ λύτρα. ταῦτα δ' ἐγὼ ἀκούων, καὶ ἐλεήσας τοῦτον, καὶ ἅμα ὁρῶν κακῶς διακείμενον, καὶ ἐπιδεικνύοντα ἕλκη ἐν ταῖς κνήμαις, ὑπὸ τῶν δεσμῶν, ὧν ἔτι οὐλὰς ἔχει, καὶ ἐὰν κελεύσητε αὐτὸν δεῖξαι, οὐ μὴ ἐθελήσῃ· ἀπεκρινάμην αὐτῷ, ὅτι καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἦν αὐτῷ φίλος ἀληθινὸς, καὶ νῦν ἐν τῇ συμφορᾷ βοηθήσαιμι αὐτῷ· καὶ τάς τε τριακοσίας ἃς τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἔδωκα ἐφόδιον, ὅτε ἐπορεύετο ἐπὶ τοῦτον, ἀφείην αὐτῷ, χιλίας τε δραχμὰς ἔρανον αὐτῷ εἰς τὰ λύτρα εἰσοίσοιμι. καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ μὲν ὑπεσχόμην, ἔργῳ δὲ οὐκ ἐποίησα· ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ εὐπόρουν ἀργυρίου, διὰ τὸ διαφόρως ἔχειν τῷ Φορμίωνι, καὶ ἀποστερεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὴν
B οὐσίαν ἥν μοι ὁ πατὴρ κατέλιπε· κομίσας ὡς Θεοκλέα, τὸν τότε τραπεζιτεύοντα, ἐκπώματα καὶ στέφανον χρυσοῦν, ἃ παρ' ἐμοὶ ἐκ τῶν πατρῴων ὄντα ἐτύγχανεν, ἐκέλευσα δοῦναι τούτῳ χιλίας δραχμάς. καὶ τοῦτο ἔδωκα δωρεὰν αὐτῷ τὸ ἀργύριον, καὶ ὁμολογῶ δεδωκέναι· ἡμέραις δ' οὐ πολλαῖς ὕστερον, προσελθών μοι κλαίων ἔλεγεν, ὅτι οἱ ξένοι ἀπαιτοῖεν αὐτὸν οἱ δανείσαντες τὰ λύτρα, τὸ λοιπὸν ἀργύριον· καὶ ἐν ταῖς συγγραφαῖς εἴη τριάκονθ' ἡμερῶν αὐτὸν ἀποδοῦναι, ἢ διπλάσιον ὀφείλειν· καὶ ὅτι τὸ χωρίον τὸ ἐκ γειτόνων μοι τοῦτο οὐδεὶς ἐθέλοι οὔτε πρίασθαι, οὔτε τίθεσθαι. ὁ γὰρ ἀδελφὸς ὁ Ἀρεθούσιος, οὗ τἀνδράποδ' ἐστὶ ταῦτα, ἃ νῦν ἀπογέγραπται, οὐδένα ἐῴη οὔτε ὠνεῖσθαι, οὔτε τίθεσθαι, ὡς ἐνοφειλομένου αὐτῷ ἀργυρίου. σὺ οὖν μοι, ἔφη, πόρισον τὸ ἐλλεῖπον τοῦ ἀργυρίου, πρὶν τὰς τριάκονθ' ἡμέρας παρελθεῖν, ἵνα μὴ ὅ τε ἀποδέδωκα, ἔφη, τὰς χιλίας δρα-
C χμὰς ἀπόληται, καὶ αὐτὸς ἀγώγιμος γένωμαι. συλλέξας δ', ἔφη, τὸν ἔρανον, ἐπειδὰν τοὺς ξένους ἀπαλλάξω, σοὶ ἀποδώσω, ὅ ἄν μοι χρήσῃς. οἶσθα δ', ἔφη, ὅτι καὶ οἱ νόμοι κελεύουσι τοῦ λυσαμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα, ἐὰν μὴ ἀποδιδῷ τὰ λύτρα. ἀκούων δὲ αὐτοῦ ταῦτα, καὶ δοκῶν οὐ ψεύδεσθαι, ἀπεκρινάμην αὐτῷ ἅπερ ἂν νέος τε ἄνθρωπος καὶ οἰκείως χρώμενος, οὐκ ἂν νομίσας ἀδικηθῆναι· ὅτι ὦ Νικόστρατε καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου σοι χρόνῳ φίλος ἦν ἀληθινὸς, καὶ ἐν ταῖς συμφοραῖς σου καθ' ὅσον ἐγὼ ἐδυνάμην βεβοήθηκα· ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ παρόντι οὐ δύνασαι πορίσαι ἅπαντα τὰ χρήματα, ἀργύριον μὲν ἐμοὶ οὐ πάρεστιν, οὐδ' ἔχω οὐδ' αὐτός. τῶν δὲ κτημάτων σοι τῶν ἐμῶν κίχρημι, ὅ, τι βούλῃ, θέντα τοῦ ἐπιλοίπου ἀργυρίου ὅσον ἐνδεῖ σοι, ἐνιαυτὸν ἀτόκως χρῆσθαι τῷ ἀργυρίῳ, καὶ ἀποδοῦναι τοῖς ξένοις. συλλέξας δὲ ἔρανον, ὥσπερ αὐτὸς φῂς, λῦσαί μοι. ἀκούσας δ' οὗτος ταῦτα, καὶ ἐπαινέσας με, ἐκέλευσε τὴν ταχίστην πρᾶξαι, πρὶν ἐξήκειν τὰς ἡμέρας ἐν αἷς ἔφη δεῖν τὰ λύτρα καταθεῖναι. τίθημι οὖν τὴν συνοικίαν ἑκκαίδεκα μνῶν Ἀρκέσοντι Παμβωτάδῃ, ὃν αὐτὸς οὗτος προὐξένησεν, ἐπὶ ὀκτὼ ὀβολοῖς τὴν μνᾶν δανείσαντι τοῦ μηνὸς ἑκάστου. λαβὼν δὲ τὸ ἀργύριον, οὐχ ὅπως χάριν τινά μοι ἀποδίδωσιν ὧν εὖ ἔπαθεν· ἀλλ' εὐθέως ἐπεβούλευέ μοι ἵν' ἀποστερήσειε τὸ ἀργύριον, καὶ εἰς ἔχθραν κατασταίη, καὶ ἀπορούμενος ἐγὼ τοῖς πράγμασι νέος ὢν ὅ, τι χρησαίμην, καὶ ἄπειρος πραγμάτων, ὅπως μὴ εἰσπραττοίμην αὐτὸν τἀργύριον, οὗ ἡ συνοικία ἐτέθη, ἀλλ' ἀφείην ἂν αὐτῷ. πρῶτον μὲν οὖν ἐπιβουλεύει μοι μετὰ τῶν ἀντιδίκων, καὶ πίστιν αὐτοῖς δίδωσιν· ἔπειτα ἀγώνων μοι συνεστηκότων πρὸς αὐτοὺς, τούς τε λόγους ἐκφέρει μου εἰδὼς, καὶ ἐκγρα-

φει

φειστῷ δημοσίῳ ἀπόκλησιν ἐξ ἐμφανῶν καταστάσεως ἐπιβολὴν ἑξακοσίας καὶ δέκα δραχμάς, διὰ Λυκίδου τοῦ μυλωθροῦ ποιησάμενος τὴν δίκην· κλητῆρα δὲ κατ' ἐμοῦ τὸν ἀδελφὸν τὸν αὑτοῦ Ἀρεθούσιον τοῦτον ἐπιγράφεται, οὗ ἐστι τὰ ἀνδράποδα ταῦτα, καὶ ἄλλον τινά. καὶ παρεσκευάζοντο, εἰ ἀνακρινοίμην κατὰ τῶν οἰκείων, τῶν ἀδικούντων με τὰς δίκας, ἃς εἰλήχειν αὐτοῖς, ἐνδεικνύναι με, καὶ ἐμβάλλειν εἰς τὸ δεσμωτήριον. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ὁ Ἀρεθούσιος ἀπρόσκλητόν με δέκα δραχμῶν δίκην καταδικασάμενος, ὡς ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ, κλητῆρας ἐπιγραψάμενος. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν βίᾳ τὰ σκεύη πάντα ἐξεφόρησε πλεῖον ἢ εἴκοσι μνῶν ἄξια, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν κατέλιπεν. ὅτε δὲ τιμωρεῖσθαι ᾤμην δεῖν, καὶ ἐκτίσας τῷ δημοσίῳ τὸ ὄφλημα, ἐπειδὴ ἐπυθόμην τὴν ἐπιβουλὴν ἐβάδιζον ἐπὶ τὸν κλητῆρα τὸν ὁμολογοῦντα κεκλητευκέναι τὸν Ἀρεθούσιον ψευδοκλητείας κατὰ τὸν νόμον· ἐλθὼν εἰς τὸ χωρίον τῆς νυκτός, ὅσα ἐνῆν φυτὰ ἀκροδρύων γενναῖα ἐμβεβλημένα, καὶ τὰς ἀναδενδράδας ἐξέκοψε, καὶ φυτευτήρια ἐλαιῶν περιστοίχων κατέκλασεν οὕτω δεινῶς, ὡς οὐδ' ἂν οἱ πολέμιοι διαθεῖεν. πρὸς δὲ τούτοις, μεθ' ἡμέραν παιδάριον ἀστὸν εἰσπέμψαντες, διὰ τὸ γείτονές τε εἶναι, καὶ ὅμορον τὸ χωρίον, ἐκέλευον τὴν ῥοδωνιὰν βλαστάνουσαν ἐκτίλλειν· ἵν' εἰ καταλαβὼν αὐτὸν ἐγὼ δήσαιμι, ἢ πατάξαιμι ὡς δοῦλον ὄντα, γραφήν με γράψαιντο ὕβρεως. ὡς δὲ τούτου διήμαρτον, κἀγὼ μάρτυρας μὲν ὧν ἔπασχον ἐποιούμην· αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἐξημάρτανον εἰς αὐτούς· ἐνταῦθα ἤδη μοι ἐπιβουλεύουσι τὴν μεγίστην ἐπιβουλήν· ἀνακεκριμένου γὰρ ἤδη μου κατ' αὐτοῦ τὴν τῆς ψευδοκλητείας γραφήν, καὶ μέλλοντος εἰσιέναι εἰς τὸ δικαστήριον, τηρήσας με ἀπιόντα ἐκ Πειραιῶς ὀψέ, περὶ τὰς λιθοτομίας παίει τε πὺξ, καὶ ἁρπάζει μέσον, καὶ ὠθεῖ με εἰς τὰς λιθοτομίας, εἰ μή τινες προσιόντες, βοῶντός μου ἀκούσαντες, παρεγένοντο, καὶ ἐβοήθησαν. ἡμέραις δὲ οὐ πολλαῖς ὕστερον εἰσελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον, πρὸς ἡμέραν διαμεμετρημένην, καὶ ἐξελέγξας αὐτὸν τὰ ψευδῆ κεκλητευκότα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα εἴρηκα, ἠδικηκότα, εἷλον. καὶ ἐν τῇ τιμήσει, βουλομένων τῶν δικαστῶν θανάτου τιμῆσαι αὐτῷ, ἐδεήθην μὲν ἐγὼ τῶν δικαστῶν μηδὲν * δι' ἐμοῦ τοιοῦτον πρᾶξαι, ἀλλὰ συγχωρῆσαι ὅσου περ αὐτοὶ ἐτιμῶντο ταλάντου· οὐχ ἵνα μὴ ἀποθάνῃ ὁ Ἀρεθούσιος (ἄξια γὰρ αὐτῷ θανάτου εἴργαστο εἰς ἐμέ) ἀλλ' ἵνα ἐγὼ Πασίωνος ὢν καὶ κατὰ τὸ ψήφισμα πολίτης, μηδένα Ἀθηναίων ἀπεκτονὼς εἴην. ὡς δὲ ἀληθῆ εἴρηκα πρὸς ὑμᾶς, τούτων ὑμῖν πάντων τοὺς μάρτυρας παρέξομαι.

Μάρτυρες.

Ἃ μὲν οὖν τοίνυν ἀδικούμενος ὑπ' αὐτῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὴν ἀπογραφὴν ἐποιησάμην, δεδήλωκα ὑμῖν. ὡς δ' ἐστὶν Ἀρεθουσίου τὰ ἀνδράποδα ταῦτα, καὶ ὄντα ἐν τῇ οὐσίᾳ τῇ ἐκείνου ἃ ἀπέγραψα, ἐπιδείξω ὑμῖν. τὸν μὲν γὰρ Κέρδωνα ἐκ μικροῦ παιδαρίου ἐξεθρέψατο. καὶ ὡς ἦν Ἀρεθουσίου, τούτων ὑμῖν τοὺς εἰδότας μάρτυρας παρέξομαι.

Μάρτυρες.

Παρ' οἷς τοίνυν εἰργάσατο πώποτε, ὡς τοὺς μισθοὺς Ἀρεθούσιος ἐκομίζετο ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ δίκας ἐλάμβανε καὶ ἐδίδου, ὁπότε κακόν τι ἐργάσαιτο, ὡς δεσπότης ὤν, τούτων ὑμῖν τοὺς εἰδότας μάρτυρας παρέξομαι.

Μάρτυρες.

A exortem mulctam ex euidentium conſtitutione, ſexcentas & decem drachmas: Lycida* Mylothri F. cauſam agente. Viatorem autem contra me, fratrem ſuum Arethuſium inſcribit, cuius hæc mancipia sũt & alium quendam. Ita enim ſe parabant, vt, ſi cauſas, quarum iudicia eram adeptus, agere inſtituiſſem cõtra domeſticos, à quibus iniuriis afficiebar, me deferrent, & in carcerem coniicerent. Præterea me in ius non vocatum, decem* drachmis mulctauit Arethuſius, vt ærarium, viatoribus inſcriptis: & ingreſſus in ædes meas, vaſa omnia vi exportauit, quæ viginti minarum precium ſuperabant, neque quicquam reliquit. Cum autem, cognitis inſidiis mulctam ſoluiſſem, ac pœnas ſumendas ducerem: viatorem, qui ſe mihi renunciaſſe dicebat, Arethuſium falſæ renunciationis, ex lege poſtulabam. Is autem noctu ingreſſus in agrum meum, quotquot erant ſurculi arboribus generoſi inſerti, & arbuſculas execuit: & plantaria olearum obiens, ita miſerè confregit, vt nec ab hoſtibus vaſtarentur. Ad hæc etiam interdiu puerulo B ciue intromiſſo, cùm & vicini eſſent, & prædium contiguum haberent, roſetum germinãs eum euellere iuſſerunt: vt, ſi eum deprehenſum ego vel vincirem vel verberarem, iniuriarum actionem contra me inſtituerent. Quo conſilio cum fruſtrarentur, & ego facinorum illorum teſtes facerem: ipſe autem nihil erga eos delinquerem: tum verò maximas inſidias mihi comparant. Quum enim falſæ renunciationis in eum actionem iam inſtituiſſem & in iudicium ingreſſurus eſſem: obſeruato me ex Piræeo digrediente ſerò, circa lapicidinas & pugnis petit, & medium arripit: neque in lapicidinas deieciſſet, niſi quidam viatores, audito clamore meo, ſuppetias veniſſent. Diebus non multis pòſt, ingreſſus in iudiciũ ad diem præfinitam, & eo falſæ citationis conuicto: hominem cùm aliorum ſcelerum quæ expoſui, reũ peregi: tum in irroganda mulcta, cùm eum iudices capitis damnaturi eſſent, precatus eos ego ſum, ne tale quid mea cauſa facerent, ſed vt talentum, quanti ipſi litem æſtimabant, admitterent: non vt ne Arethuſi* occideretur (mortem enim ſuis in me ſcele C ribus commeruerat) ſed ne ego Paſionis filius, & ex decreto ciuis, quenquam Athenienſem occiderem. Hæc omnia verè à me dici, ex teſtibus audietis.

Confirmatio: Mancipia eſſe Arethuſij.

TESTES.

Quibus igitur iniuriis ab eis affectus, Iudices, deſcriptionem fecerim, expoſui vobis. Eſſe autem Arethuſij mancipia iſta, & in eius facultatibus eſſe quæ ego deſcripſi, vobis demonſtrabo. Cerdonem enim ab incunabulis educauit: atque eum fuiſſe Arethuſij vt conſtet, eos qui norunt teſtes vobis producam.

TESTES.

Apud quoſcunque porrò fecit opus, mercedes accepiſſe Arethuſium, & ius tum dediſſe, tum accepiſſe, ſi quid deliquiſſet, vt herum: earum rerum gnaros vobis teſtes exhibebo.

TESTES.

Manem autem, mutua pecunia Archepolidi Piręensi data, cùm Archepolis neque vſuram neque ſortem omnem reddere poſſet, in æſtimationem accepit, & vt vera me dicere appareat, horum vobis teſtes producam.

TESTES.

Prętcrea ex his quoq; cognoſcetis, Arethuſij eſſe ho-

Τὸν δὲ Μάνην, δανείσας ἀργύριον Ἀρχεπόλιδι, τῷ Πειραιεῖ, ἐπειδὴ οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτῷ ἀποδοῦναι ὁ Ἀρχέπολις, οὔτε τὸν τόκον, οὔτε τὸ ἀρχαῖον ἅπαν, ἐναπετίμησεν αὐτῷ. καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι.

Μάρτυρες.

Ἔτι τοίνυν καὶ ἐκ τῶνδε γνώσεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί,

mines iſtos: quoties vel pomaria redemerunt, vel meſſem demetendam conduxerunt, vel aliquod aliud ruſticum opus conficiendum ſuſceperunt: Arethuſius pro eis & emit, & conduxit. Quæ vera eſſe, & ipſa ex teſtibus audietis.

TESTES.

Occupatio de prouocatione.

Quantum igitur teſtimoniis oſtendere potui, Arethuſij eſſe mancipia iſta: ea vobis explicaui. Dicam autem etiam de prouocatione, qua & iſti me, & ego iſtos prouocaui. Iſti, cùm prima* recognitio fieret, profitebantur ſe paratos eſſe, ipſi mihi mancipia in quæſtionem dare: eo conſilio, vt id ſibi quoddam teſtimonium eſſet. Ego verò eis coram teſtibus reſpō di, me paratum eſſe ire cum eis ad ſenatum, & accipere cum eo vel cum XI. viris. Nam ſi priuato iudicio cum eis agerem, aut ipſi ea mihi traderent: me accepturum fuiſſe. nunc, reipub. eſſe & mancipia, & deſcriptionem. Quæſtiones igitur publicè habēdas eſſe. Neque enim decere putabam à me homine priuato publicos ſeruos torqueri. neque enim quæſtiones in mea poteſtate erant: neque committendum, vt de iis quæ iſti dixerāt, ego ſtatuerem, arbitrabar: ſed vel à magiſtratu, vel à delictis à ſenatu ſcribi oportere, & obſignatas quæſtiones, quicquid homines dixiſſent, iudicibus offerri: vt illi auditis, quod vobis videretur, decerneretis. Nam ſi homines priuatim à me torti eſſent: illi omnibus contradixiſſet. Sin publicè: nos tacuiſſemus: magiſtratus autem delicti à ſenatu, quoad eis viſum eſſet, quæſtiones habuiſſent. Quæ cùm ego vellem: iſti ſe magiſtratui ſeruos traditùros negabāt, neque in ſenatum ſequi me volebant. Vt igitur hæc à me verè dici conſtet: voca mihi horum teſtes.

TESTES.

Tergiuerſationes Arethuſij in ſoluenda mulcta.

Etſi autem multis modis impudentes mihi videntur, qui ea quæ veſtra ſunt, ſibi vendicent: tamen qui ſint è legibus veſtris, vel in primis apparebit. Iſti, cū iudices capitis damnaturi eſſent Arethuſium, precabantur eos, vt pecuniariam mulctam infligerent, & me, vt permitterem: ſe vnà ſoluturos pollicebātur. Tantum autem abeſt, vt præſtent quæ ſpoponderunt: vt veſtra etiam ſibi vendicent. Atqui leges iubent eius opes publicari, qui ſponſionem pro re aliqua publica fecerit, nec ſoluerit. Proinde, tametſi iſtorum eſſent mancipia: tamen ea publicari oportebat: ſi qua modò eſt legum authoritas. Ac priuſquā fieret ærarius Arethuſius: in confeſſo erat, eum fratrum eſſe locupletiſſimum. Poſtquam autem leges iubent illius fortunas vobis tradi: tum pauper exiſtit Arethuſius: atque alia ſibi mater vendicat, alia fratres. Decuit autem eos (ſi iuſtè vobiſcum agere vellent) declaratis omnibus illius facultatibus: ſiquis ea quæ ſua eſſent, deſcripſiſſet, ea ſibi vendicare. Si igitur cogitabitis, nunquam defore qui veſtra ſibi vendicent (aut enim pupillos aut pupillas ſubornabunt; & veſtram miſericordiam implorabunt: aut ſenectutem & inopiam, & matris alimoniam commemorantes & deplorantes, per quæ vos facillimè poſſe decipi putant, mulcta etiam rempublicā fraudare ſtudebunt.) his igitur inquam neglectis omnibus, ſi eos condemnabitis, veſtro eritis fūcti officio.

A ὅτι εἰσὶν ἀρεθουσίου οἱ ἄνθρωποι. ὁπότε γὰρ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἢ ὀπώραν πρίαιντο, ἢ θέρος μισθοῖντο ἐκθερίσαι, ἢ ἄλλό τι τῶν περὶ γεωργίαν ἔργων ἀναιροῖντο, ἀρεθούσιος ἦν ὠνούμενος καὶ μισθούμενος ὑπὲρ αὐτῶν. ὡς δ᾽ ἀληθῆ λέγω, καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

Μάρτυρες.

Ὅσας μὲν τοίνυν μαρτυρίας παρασχέσθαι εἶχον ὑμῖν. ὡς ἔστιν ἀρεθουσίου τὰ ἀνδράποδα, δεδήλωκα ὑμῖν. βούλομαι δὲ καὶ περὶ τῆς προκλήσεως εἰπεῖν, ἣν οὗτοί με προὐκαλέσαντο, καὶ ἐγὼ τούτους. οὗτοι μὲν γάρ με προὐκαλέσαντο, ὅτε ἡ πρώτη ἀνάγνωσις ἦν, φάσκοντες ἕτοιμοι εἶναι παραδιδόναι ἐμοὶ αὐτῷ τὰ ἀνδράποδα βασανίσαι, βουλόμενοι μαρτυρίαν τινὰ αὐτοῖς ταύτην γενέσθαι. ἐγὼ δὲ ἀπεκρινάμην αὐτοῖς ἐναντίον μαρτύρων, ὅτι ἕτοιμός εἰμι ἰέναι εἰς τὴν βουλὴν μετ᾽ αὐτῶν, καὶ παραλαμβάνειν μετ᾽ ἐκείνης, ἢ μετὰ B τῶν ἕνδεκα· λέγων, ὅτι εἰ μὲν ἰδίαν δίκην ἐδικαζόμην αὐτοῖς, ἐμοὶ ἐξεδίδοσαν, παρελάμβανον ἄν· νυνὶ δὲ τῆς πόλεως εἴη τὰ ἀνδράποδα καὶ ἡ ἀπογραφή. δεῖν οὖν δημοσίᾳ βασανίζεσθαι. ἡγούμην γὰρ οὐ προσήκειν ἐμοί, ἰδιώτῃ ὄντι, τοὺς δημοσίους βασανίζειν. οὔτε γὰρ τῆς βασάνου κύριος ἐγιγνόμην, οὔτε καλῶς ἔχειν τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐμὲ κρίνειν, ἡγούμην· ἡγούμην τε δεῖν τὴν ἀρχήν, ἢ τοὺς ᾑρημένους ὑπὸ τῆς βουλῆς γράφεσθαι, καὶ κατασημηναμένους τὰς βασάνους ὅ,τι εἴποιεν οἱ ἄνθρωποι παρέχειν εἰς τὸ δικαστήριον· ἵνα ἀκούσαντες ἐκ τούτων ψηφίσησθε, ὁποῖόν τι ὑμῖν ἐδόκει. ἰδίᾳ μὲν γὰρ βασανιζομένων τῶν ἀνθρώπων ὑπ᾽ ἐμοῦ, ἀντελέγετ᾽ ἂν ἅπαντα ὑπὸ τούτων· εἰ δὲ δημοσίᾳ, ἡμεῖς μὲν ἂν ἐσιωπῶμεν· οἱ δὲ ἄρχοντες οἱ ᾑρημένοι ὑπὸ τῆς βουλῆς ἐβασάνιζον ἂν μέχρι οὗ αὐτοῖς ἐδόκει. ταῦτα δέ μου ἐθέλοντος, οὐκ ἂν ἔφασαν παραδοῦναι τῇ ἀρχῇ· οὐδ᾽ εἰς τὴν βουλὴν ἤθελον ἀκολουθεῖν· ὡς οὖν ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας τούτων.

Μάρτυρες.

C Κατὰ πολλὰ μὲν οὖν ἐμοί γε δοκοῦσιν εἶναι ἀναίσχυντοι, ἀμφισβητοῦντες τῶν ὑμετέρων. οὐχ ἥκιστα δὲ ὑμῖν αὐτοὺς ἐπιδείξω ἐκ τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων. οὗτοι γὰρ ὅτε οἱ δικασταὶ ἐβούλοντο θανάτου τιμῆσαι τῷ ἀρεθουσίῳ, ἐδέοντο τῶν δικαστῶν χρημάτων τιμῆσαι, καὶ ἐμοῦ συγχωρῆσαι· καὶ ὡμολόγησαν αὐτοὶ συνεκτίσειν. τοσούτου* δὴ δέουσιν ἐκτίνειν, καθὰ ἐνεγγυήσαντο, ὥστε καὶ τῶν ὑμετέρων ἀμφισβητοῦσι, καί τοι οἵ γε νόμοι κελεύουσι τὴν οὐσίαν δημοσίαν εἶναι, ὃς ἂν ἐγγυησάμενός τι τῶν τῆς πόλεως, μὴ ἀποδιδῷ τὴν ἐγγύην. ὥστε καὶ εἰ τούτων ἦν τὰ ἀνδράποδα, προσήκεν αὐτὰ δημόσια εἶναι, εἴπερ τι τῶν νόμων ὄφελος. καὶ πρὶν μὲν ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ ὁ ἀρεθούσιος, ὡμολογεῖτο τῶν ἀδελφῶν εὐπορώτατος εἶναι· ἐπειδὴ δὲ οἱ νόμοι κελεύουσι τἀκείνου ὑμέτερα εἶναι, τηνικαῦτα πένης ὢν φαίνεται ὁ ἀρεθούσιος· καὶ τὰ μὲν ἡ μήτηρ ἀμφισβητεῖ, τὰ δὲ οἱ ἀδελφοί. χρῆν δ᾽ αὐτούς, εἴπερ ἐβούλοντο δικαίως προσφέρεσθαι πρὸς ὑμᾶς, ἀποδείξαντας ἅπασαν τὴν οὐσίαν τὴν ἐκείνου, τὰ τούτων αὐτῶν εἴ τις ἀπέγραψεν, ἀμφισβητεῖν. ἐὰν μὲν οὖν ἐνθυμηθῆτε, ὅτι οὐδέποτε ἔσται ἀπορία τῶν ἀμφισβητησόντων ὑμῖν περὶ τῶν ὑμετέρων· ἢ γὰρ ὀρφανοὺς ἢ ἐπικλήρους κατασκευάσαντες ἀξιώσουσιν ἐλεεῖσθαι ὑφ᾽ ὑμῶν· ἢ γῆρας καὶ ἀπορίας καὶ τροφὰς μητρὶ λέγοντες καὶ ὀδυρόμενοι, δι᾽ ὧν μάλιστα ἐλπίζουσιν, ἐξαπατήσειν ὑμᾶς πειράσονται, καὶ ἀποστερήσειν τὴν πόλιν τοῦ ὀφλήματος. ἐὰν οὖν ταῦτα παριδόντες πάντα, καταψηφίσησθε, ὀρθῶς βουλεύσεσθε.

ΥΠΟ-